Actum in Castro Lublinen[si] in Termi: nis Judiciorum feria Se: cunda ante festum Sancti Thomæ Apostoli proxima, Anno Domini Mille: simo Sexcentesimo Duodecimo.

Quo die Termini Judiciorum Castren[sium] Lublinen[sium] in Castro Lu: blinensi juxta praecedentem limitacionem per Magnificum Joannem Firley a Dąbrowica Lublinen[sem] Capitaneum et Generosos Praedobam Dzierzek Judicem, Bartholomeum Kazanowski Vicecapi: taneum, Albertum Sierakowski Notarium Castren[sem] Lublinen[sem] sunt cele: brati. Praesentibus Generosis et Nobilibus Nicolao et Samuele Zelinskie, Joanne Skopkowski, Martino Myslissowski, Grapas et Krzyzakowski, Andrea Stusocki, Stanislao Slugocki, Alberto Parna: wiecki, Nicolao Oszepalski, Gasparo Wielechowski, Philipo Pio: trowski, Joanne Godlewski, Stanislao Rybczowski, Paulo et Va: lentino Stempkowskie et alys multis fide dignis Nobilibus pro Terminis ysdem congregatis nec non Ministeriali Generali Regni Nobili Joanne Zaleskj circa infrascripta omnia existen[te].

Slawek — Lecta — Contumax

Nobilis Nicolaus olim Nobilis Pauli Janiszowskj filius Actor Nobilem Joannem Slawek tanquam impossesionatum, gosotam e[t] odarfum de persona bonisq[ue] eius omnibus citatione literali Castri Castren[sis] Lublinen[sis] citatum, occone per ipsum vna cum complicibus eius vzt Cristophero Gluskj et Matthia Teborzewskj (cum quibus ipsi actori salua reseruatur actio in foro competenti) tempore certo non ita pridem prefato in villa Janiszow vi et violenter irruen[do] eidem actori vulnerum primi in faciem partis sinistræ secundi in colum partis sinistræ Tertij in digitum indicem manus dextræ Quarti